Universitätsbibliothek Paderborn

# Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Concilia

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

Visual Library

An. C. nati

*omnibus truncatus, & proiectus mo-*
*ritur.* 1205

105. Henricus *frater Balduini*
*Imp. Latinorum contra Græcos.* 1205

*Edictum ſuum hoc; Non eſſe hære-*
*des immobilium bonorum Eccleſias,*
*iuſſu Papæ reuocat, reſtituiq; curat ſua*
*Eccleſijs.* 1210

*Parem cum Epiſcopo locũ in choro*
*ſibi vendicans; cedit monente Papa.* 1214

*Moritur ſuffecto ſibi genero Petro.* 1215

106. Petrus, *conuiua Laſcari An-*
*tiimperatoris, amica omnia præferen-*
*tis, occiditur.* 1218

107. Robertus *Petri filius ſucce-*
*dit.* 1220

*Exoſus ſua culpa Latinis fit & Græcis.* 1224

*Moriturq;.* 1229

108. Balduinus II. *donat Lanceam*
*Dominicam Venetis.* 1235

*Item Sertum ſpineã Chriſti eiſdem.* 1247

109. Michael *Palæologus occupat*
*Imperium.* 1259

*Multa agit prudenter, fortiter, per*
*ficitque cum Papis Vnionem Græco-*
*rum & Romanorum.* 1260

*Moritur: magnaq; confuſio ſequi-*
*tur.* 1283

110. Andronicus *filius Palæolo-*
*gi ſuccedit.* 1284

*A coniuratis ſeruatur ope B. Virgi-*
*nis.* 1295

*Iuſtitia & prudentia eximius*
*fuit.* 1299

## CONCILIA

Generalia Tria. I. Lateranenſe *anno* 1215. contra Almaricum hære: contra librum Ioachimi, non ipſum Ioachimum: *præſertim*, ait Concilium, *cum ipſe omnia ſcripta nobis aſſignari mandarit, apoſtolicæ Sedis iudicio adprobanda, ſeu corrigenda: & firmiter confitetur, ſe illam Fidem tenere, quam Romana tenet Eccleſia, quæ cunctorum fidelium, diſponente Domino, Mater eſt, & Magiſtra. &c.*

Lvgdvnense I. *anno* 1245. contra immanitatem Friderici, qui excommunicatur: contra Saracenos in Paleſtina decernitur Bellum ſacrum: Cõtra Græcos Latinis in Oriente excidium meditantibus: & contra Tartaros effuſos in fines Chriſtianorum.

Lvgdvnense II. 500 Epiſcoporũ *an.* 1274. De Græcis Eccleſiæ conciliandis: de continuando bello ſacro: de morum reformatione.

Provincialia habita ſunt perplura.

## Dogmata Eccleſiæ in Sæculo XIII. Nouatoribus hodiernis contraria.

Hic quid ſingula memorem? Vnus omnia & ſingula aſſeruit tum *Petrus Lombardus* Magiſter ſententiarum: tum vero luculentiſſime *Sanctus Thomas Aquinas* Doctor Angelicus Ordinis Prædicatorum.

Similiterq; vniuerſus Doctorum chorus & orbis.